Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



64

quaedem dnis. quaerit a iudaeis. si filius dauid xpus. est. quomodo in spu uocat eum dnm.
dicit dnus dno meo sede ad dexteram meam. donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. dubitat
est. enim in peritis quia a uiris uenturum xpm speraremus. sed hominem tamen eum exspectare
rent. non secundum quod uirtus et sapientia dei est. dorcet ergo ibi fidem uerissimam et sincere
rissimam ut et dnus sit regis dauid secundum quod est uerbum. In principio deus. apud dm. per quem
facta sunt omnia. et filius secundum quod factus est. ex semine dauid secundum carnem. non
enim dicit. non est filius dauid xpus. sed sum tenetis quod filius sit eius. discite quomodo sit dnus
eius. nascendo ex maria in xpo quod filius hominis est. tra enim filius dauid est. et relinquatis quod fi
lius dei est. tra enim dnus eius est. explicit psalm. VIII. incipit psalm. X.

In finem psalmus ipsi dauid.

Noua tractatione titulus iste. non indiget. tamen in sacris tractatum est. quid sit in finem. ipse ergo
psalmi tractatum uideamus. qui mihi uidetur aduersus haereticas canendus qui commemorando
et exaggerando multorum in ecclesia peccatorum quasi apud ipsos iusti. aut omnes. aut plures sint
abumus ecclesiae uentre matris suberibus: nos auertere atque abripere moliuntur. affirmantes
quod apud ipsos sit xpus. et quasi pie. studioseque: admonentes. ut adeos transeundo transmigre
mus in xpm. quem se habere mentiuntur. Notum est autem xpm in ppheia cum multis
nominib: allegoricae insinuatur. et iam montem appellatum. respondendum est. tanq:
istis. et dicendum. In dno confido quomodo dicitis animae meae. transmigra in montes
sicut passer. Unum montem teneo in quo confido quomodo dicitis. ut ad uos transeam
tamquam mutasint xpi. Ut ad uos montes. ee. dicitis. quia phiam oportet quidem. ee.
passerem pinnatum uirtutib: et praecepis dei. sed ea ipsa phibent uolare in istos montes
et in superbis hominib: spem collocare. Habeo domum ubi requiescam. quia in dno confido.
Nam et passer inuenit sibi domum. et fatur est dnus refugium pauperi. dicamus ergo tota
fiducia nec cum xpm apud heretico. quaerimus et amittamus. In dno confido quomodo dicitis animae
meae. transmigra in monte sicut passer. Quia ecce peccatores intenderunt arcum.
paruerunt sagittas in pharetra ut sagittent in obscuro luna recto corde. Terrores
isti sunt comminantium nobis de peccatoribus: ut ad se tanquam ad iustos transeamus. Ecce en
quiunt. peccatores intenderunt arcum. Credo scripturae. quas carnaliter interpretando.
uenenatas in de sententias emittunt paruere sagittas in pharetra. eadem uerba scilicet
quae scripturae. auctoritate iaculaturis. in cordis occulto paruerunt ut sagittent.
in obscuro luna recto corde. Utrum senserint ecclesiae lumine ppter multitudinem imperitorum. et carnalium obscuro non se posse conuinci. corrumpant mores bonos colloquium
malis. sed contra istos omnes terrores dicendum est. In dno confido. luna uero quae congruent.
significat ecclesiam. meminime pmisisse in hoc psalmo considerantur. duae sunt de luna
opiniones ppbiles. harum aut quae uera sit. aut non omnino aut difficillime ar bitror